Tav. 22
**Antoninus Florentinus** Confessionale
cat. n. 5

Tav. 23
**Gaietanus de Thienis** Expositio super libros Aristotelis De anima
cat. n. 49

Tav. 24
**Panormitanus de Tudeschis, Nicolaus** Super quarto et quinto libro Decretalium
cat. n. 90

Tav. 25
**Panormitanus de Tudeschis, Nicolaus** Super tertio libro Decretalium
cat. n. 89

Tav. 26. 27
Regimen sanitatis salernitanum
cat. n. 110

Tav. 28. 29. 30. 31. 32
**Vergilius Maro, Publius** Opera
cat. n. 124

Ieſus:Maria:dominicus.

## PROEMIO.~

IN comēza uno tractato uulgare o ſia confeſſio
nale compoſito p lo reuerēdiſſimo padre Bea
to fratre Antonino de lordine de frati predicatori
arziueſchouo de fiorēza .El quale ſe intitula medicīa
de lanima. Et e diuiſo in cinque parte principale. Ne
la prima parte de li deci comandamēti Ne la ſecūda
de li ſette peccati mortali Ne la terza de li ſacramēti
de la chieſia: Ne la quarta ſe tracta de le uirtu exōnā
te lanima. Ne la quinta ſono poſte le excomunicatō
ne de la leze.

Q ueſto libro e neceſſario a la ſalute de ogniuno:
Ma maxime fu facto per quelli che hano cura de ani
me: aziochè cognoſcano & ſapiano gouernarle & i
ſieme cū eſſe ſaluarſe & nō per ignorātia dānarſe.

QVIA tu ſciētiam repuliſti & ego te repel
lam ne ſacerdocio fungaris mihi. Dice
dio p lo profeta ſuo alo ſacerdote igno
rante laquale auctorita induce la ſexta ſi
nodo uniuerſale ne lo capitolo. omnes pſalētes: di.
trigeſſima octaua .& per tanto per aiutare li ſimpli
ci ſacerdoti liquali nō hano la ſcientia de la gramati
ca aſſai a loro neceſſaria: azio che ñ li ſia data repul
ſa da dio & da la ſancta chieſia de la adminiſtratione
& offō de lo loro ſacerdotio p la loro maxīa ignorā
tia me ſon moſſo ad cōponere queſto breuiſſimo
tractatello tracto đ le ſnīe aprouate da li theologi et
canōiſti i uulgar: aciochè ciaſchedūo etiādio chi non

47586

¶ Incipit expoſitio clariſſimi ⁊ celeberrimi philoſophi Gaetani Thienẽſis ſuper libros de anima Ariſtotelis philoſophorũ principis grecorum ſapientiſſimi.

Optaſti ſepe numero: vt in librum de anima Ar. oĩum quidẽ ſubtiliſſimuz expoſitiones quaſdaz tibi ederez: q̃ eum clariorẽ faciliorẽq̃ʒ redderent. Rez profecto laude dignã petijſti: ſʒ longe ipa rez humeris meis. Naz cũ pleriq̃ʒ elegantiſſimi viri qui in philoſophando operã preſtiterunt eius libri difficultatem aperire minime potuerũt: vereor ne tanto honeri ingenium meum ſubcumbat. Mecuz itaq̃ʒ diu heſitaui imprudẽtius ne agerez munus tibi amiciſſimo denegare: an opus tã grande ſubire. Sed cuz mutuaz inter nos beniuolentiam aduerterem malui edaci quorundã liuori me iudicanduz exponere quã quicq̃ʒ de amiticia noſtra diminutuz videri. Temptabo itaq̃ʒ per ſcrupuloſa per hypateticorum verba fracto remige nauigare. Et ſi quid ineptũ effluxerit: tum rei magnitudini: tũ etiã tibi qui me ad hoc incitaſti aſcribere velis Quod ſi expectationi tue queadmoduz ſperas ſatis fecero non mihi attribuendum putes: ſed veritatis datori qui vbi vult ſpirat ⁊ mentem illuminat. Accipe igitur mi frater cariſſime hũc meum libellum: cuius te non ſolum lectorem: ſed cenſorem conſtitui. Amen.

Bonorum honorabiliuz. ¶ Hic liber qui de anima inſcribitur ẽ ſextus ĩ ordine librorũ naturaliũ Ar. Diuidit̃ autẽ principaliter ĩ duas ptes. ſ. in phemiũ ⁊ tractatũ: ibi ſecũda. Principiũ aũt queſtionis. Prohemiuz vero tres continet partes: in quarum prima Ar. facit auditores beniuolos: In ſecũda eos facit dociles: In tertia vero eos facit attentos: ibi ſecunda. Inquirimus aũt cõſiderare: ibi tertia. Omnino autẽ penitus difficillimorum. ¶ Prima iteruz in duas: ſm ꝙ Ar. dupliciter inducit homines in amorẽ ſcientie de aĩa: primo ex eius nobilitate: ſecundo ex eius vtilitate: ibi Videtur autez. De prima intẽdit oſtendere ꝙ ſcientia de anima ẽ oĩbus alijs ſcientijs naturalibus dignior atq̃ʒ nobilior: Quod arguit ſic: Omnis ſcientia q̃ aliaz excedit incertitudine demonſtrationis: aut in nobilitaie ſubiecti: aut in his duobus eſt illa dignior atq̃ʒ nobilior: ſed ſcientia de aĩa oẽs alias naturales ſciẽtias in his duobꝰ excedit. ſ. certitudine demonſtrationis ⁊ nobilitate ſubiecti. g̃ ⁊c̃. ¶ Nos opinantes alterã noticiã. ſ. ſcientificã magis eẽ de numero bonorũ honorabiliũ: altera. i. noticia ſcientifica: aut ſecũdũ certitudinẽ. ſ. demonſtrationis: aut ex eo qꝺ meliorũ quidẽ ⁊ mirabiliorũ eſt ex parte ſubiecti: ꝓpter vtraq̃ʒ hec ſ. tã certitudine demõſtratiõis q̃ʒ nobilitate ſubiecti aĩe hiſtoriã ratiõabiliter vtiq̃ʒ in primis. i. principalẽ ponemus inter oẽs partes ſciẽtie naturalis: qꝺ intelligi dʒ via nobilitatis: vt dictũ ẽ q2 via doctrine ẽ ſexta. ¶ Intelligendũ ꝑ ſm comentatorẽ comento primo: ꝑ declaratione aſſumpti huius rationis: ⁊ primo q̊ ad maiorez ꝙ artes non differunt ad inuicẽ: niſi altero iſtorũ duorũ modorũ. ſ. aũt ↄfirmatione demonſtratiõis: aut nobilitate ſubiecti: aut vtroq̃ʒ modo: verbigratia: qm̃ geometria excedit aſtrologiaz ꝑ ↄfirmationẽ demonſtrationis: aſtrologia aũt excedit illã nobilitate ſubiecti: geometria igit̃ vt poſt patebit certiores hʒ demõſtrationes q̃ʒ aſtrologia: Sʒ aſtrologia que eſt de corpor̃ celeſti nobiliꝰ hʒ ſubiectũ q̃ʒ geometria que eſt de linea vł quãtitate ↄtinua: Deinde q̊ ad minorẽ ꝙ manifeſtũ ẽ ↄſiderãtibꝰ: qm̃ ſubiectũ huiꝰ ſciẽtie ẽ nobilius alijs: ⁊ ſimiliter demõſtratio eiꝰ ẽ magis firma: ſed ꝺ hoc videt̃ indubitatione. ¶ Intelligẽdũ ſecũdũ ſãctũ Thomã ꝙ oĩs ſciẽtia ſpeculatiua ẽ bona ⁊ honorabilis: quoniam omne illud ẽ bonũ quod ponit hñs ipſũ ĩ ſtatu pfectionis: ſʒ oĩs ſciẽtia ẽ huiuſmodi: cũ ſit perfectio hominis ſecũdũ ꝙ homo igr̃ ⁊c̃. Bonuz aũt eſt duplex: quoddaz ẽ quod querit̃ ꝓpter alterũ ⁊ tale ẽ bonũ laudabile. ¶ Bonum enim equũ laudamꝰ q2 ſuauit̃ fert aſſeſorẽ. ¶ Aliud vero eſt bonuz quod queritur ꝓpter ſe ⁊ tale ẽ bonũ honorabile. Cum igitur oĩs ſciẽtia ſpeculatiua ꝑꝑ ſeipſã querat̃ ſequitur qualibet talẽ honorabilẽ eſſe. Artes aũt mechanice ⁊ ſciẽtie pratice q2. in opuſ extriſecũ ordinãtur ſũt laudabiles tantũ. ¶ Intelligẽdũ tertio ſecundum Albertuz ꝙ vna ſciẽtia põt eſſe de melioribus ⁊ mirabilioribꝰ rebꝰ altera. Et hoc differũt: qm̃ illa ſciẽtia ẽ de melioribꝰ altera: que ẽ ꝺ nobilioribus rebꝰ: qualiter ſciẽtiã de incorruptibilibꝰ dicimus de melioribus eſſe ſciẽtia de corruptibilibus. Sʒ illa ẽ de mirabilioribꝰ que ẽ de rebus hñtibꝰ cauſas altiores ⁊ magꝭ occultas: talia eĩʒ quilibʒ ſapiẽs inquirit ⁊ admirat̃. ¶ Intelligẽdũ q̃rto ꝙ ſciẽtia de anima hic appellat̃ hiſtoria: ⁊ in veteri tranſlatione narratio ⁊ non ſciẽtia: q2 ſcientia ꝓprie eſt per cauſas: ⁊ in hac vt plurimum ab effectu ꝓcedimus: aut q2 hec ſciẽtia hic tradita ẽ ſũmatiʒ non perueniendo ad finalem ⁊ completam determinatiõem oĩuʒ que ad animaʒ ſpectant. Completur autez in ſequentibus. ſ. eius libris q̃ ſunt de corpore aĩato. ¶ Ex quo patet ꝙ aĩa eſt hic ſubiectum: ⁊ in ſequentibus libris ſubiectuʒ ẽ corpus aĩatũ.



47571

Abbas sup. 4. et 5. decretalium 1464.

Bibliotecae S. Barnabae Brixiae

Rca de ſponſalib⁹ ⁊ mr̄imonijs.

Upra viſuꝫ eſt in p̄cedēti libro de actib⁹ ⁊ geſtibus ſpectātibus ad clericos. De rito nunc reſtat videre de ſpectātibus ad laycos. Et hec Rca h꞉ duas ꝑtes. In prima dicit de ſponſalib⁹. In 2ª de mr̄imonijs. ⁊ dr̄ia ē inter illa maxia. Quid aūt ſit mr̄imonium. vnde dicat̄. vbi fuit inſtitutū. ⁊ ꝑ quē. ⁊ q̊t ſunt cauſe inſtituēdi mr̄imonij ⁊ de īpedimētis ipſi⁹ ⁊ multis alijs. vide bonā glo. xxvij. q. i. in ſum. ad declaratōeꝫ diffinitōis proſequit̄ glo. ea. cā. q. ij. in p̄n. Quid ſint ſponſalia vide ꝑ tex. xxx. q. v. i. c. noſtrates. ſunt eī futuraꝝ nuptiaꝝ promiſſio. vnde ſe hn̄t ad mr̄imoniuꝫ vt quoddā preābulū. Et dicūt̄ a ſpōdeo es qđ idē eſt qđ promitto. vt in. l. i. ⁊ ij. ff. de ſponſa. hinc ſponſus q̄ſi ꝓmiſſus. ⁊ ſpōſa quaſi promiſſa. ſ quaſi poſt ꝯtractū mr̄imonij adimpleta ē ꝓmiſſio. vn̄ ꝓprie non dicūt̄ ſponſus ⁊ ſponſa. ſ maritus ⁊ vxor etiā ante carnalē copulā. nā ſolus ꝯſenſus aīoꝝ facit mr̄imoniū. xxvij. q. ij. c. ſufficiat ⁊ ideo ſi legat̄ alicui certū qđ ſi ꝯtraxerit mr̄imoniū cū berta debet̄ illico ſibi legatū cū ꝯtraxit ꝑ v̄ba de p̄nti lꝫ mr̄imoniū nō ꝯſūmauerit. vt in. l. cū fuerit. ff. de ꝯdi. ⁊ demon. Qn̄qꝫ tn̄ appl'one matrimonij ꝯprehendit̄ mr̄imoniū duntaxat carnali copula ꝯſūmatū. vt ē tex. in. c. ex publico de ꝯuer. ꝯiug. vnde ante copulā p̄nt licet ī ꝓprie appellari ſponſi. nā vr̄ mulier ſpōſa. i. promiſſa reſpectu carnalis copule ⁊ ſic p̄nt ītelligi iura que tales nuptias appellant ſponſalia ꝑ v̄ba de p̄nti. vt in. c. pe. ij. e. Un̄ ſm ſubiectā maꝫ appl'one mr̄imonij qn̄qꝫ ꝯprehēdit̄ mr̄imoniū ꝯtractū ſolo ꝯſenſu. qn̄qꝫ carnali copl'a ꝯſummatū. vt pleniſſime tetigi in qōe ... cti. de qua vide qđ dixi in d. c. ex publico. Per predicta determinat̄ alia qō. dicit ſtatutū mulier maritata nō admittat̄ ad ſucceſſionē p̄ris cum fr̄ibus. quidam deceſſit relictis filijs maſcul' ⁊ filia deſpōſata ꝑ v̄ba de futuro querit̄ nunqđ iſta debeat excludi a ſucceſſione paterna. ⁊ dicendū ē ꝙ nō ꝙ exquo

47643

¶ De vita ꝛ honeſtate clericoꝝ. Rca.



mnipo tētis dei poſtulato ſuffragio vt ōndā ī volumīe ordinē fuiſſe ſeruatū ꝯtinuāda ē p̊ Rica. ad precedētia que p docto. duobꝫ modis ꝯtinuat᷑. ꝛ p̊ ſic. Sup̄ viſuꝫ ē de iudiciis ꝛ ei⁹ ſingul' ptibꝫ. ſ; q̄ cl'ici debēt ab eis q̄ntū pñt abſtinē. nā decet ſeruos dei puo īcōmodo a ſtrepitu iudicioꝝ eē quietos. .c.i. de ſindico. Et qm̄ nō ſolū a iudiciis abſtinē debēt ſ; vita ꝛ honeſtate fulgere Ideo poſt tractatū iudicioꝝ ſbicitur hec Rca. hec tm̄ ꝯtinuatio nō ē multū ꝯtexta cū precedētibꝫ. vñ forte ponit᷑ ſecūda. q̄ ſup̄ viſuꝫ ē de iudiciis ꝛ iudices maxime clerici non debēt eſſe in peccato maxīe cū iudicāt. iij. q. vij. iudicꝫ. Ideo poſt tractatū iudicioꝝ ſubicit᷑ q̄liter clerici debeāt ſe hr̄e ī vita ꝛ honeſtate vt ſic vitēt oēꝫ maculā peccati. ¶ Aduerte tm̄ q̄ in hac ꝯtinuatione doct. ſimpl'r dicūt q̄ exñtes ī peccato nō pñt iudicare qd̄ nō ē ſimpl'r veꝝ. dic g̊ q̄ ex mero iure iudicare alios

Tous les grans Docteurs de Salerne
Par ce brief et cler mandement
Ont volut demonstrer coment
Pourras ta sante conserver

Regimen ſanitatis ſalernitanū necnō ⁊ mḡri Arnoldi de noua villa feliciť incipit

Anglorū regi ſcripſit ſcola tota ſalerni. Si vis incolumē. ſi vis te reddere ſanū:
Curas tolle graues. iraſci crede prophanum.
Parce mero. cenato paruz. non ſit tibi vanum
Surgere poſt epulas. ſomnū fuge meridianū.
Non mictū retine. nec cōprime fortiter anum.
Hec ſi bene ſerues: tu lōgo tempore viues.

Iſte ē libellus editus a doctorib9 ſalernitāſibus. in quo inſcribūtur multa ⁊ diuerſa ꝑ cōſeruatione ſanitatis humane. ⁊ editus eſt iſte liber ad vſū regis Anglie. Et i textu lecto autor ponit octo documenta generalia ꝑ cōſeruatione ſanitatis. de qbus poſtea ſpecialiter p ordinē determinabitur. Primum ergo documentum eſt. ꝙ homo ſan9 volens viuere debet ab eo remouere graues curas. Nam cure exiccant corpora. ex quo triſtificant ſpiritus vitales. modo ſpiritus triſtes exiccant oſſa. Et ſub iſto

47598

BIBLIOTECA COMUNALE DEL CAPOVALLE DI TRAPANI

Incipit liber de cõſeruatione corporis ſeu de re
gimine ſanitatis cõpoſitus p magiſtrũ Arnol
dum de villa noua.

Prima pars vel cõſideratio ſanitatis cõſeruande ptinet aeris electiõi. nã inter ea que neceſſario approximãt hũano corpi nihil ē qđ immutet fortiꝰ ipſũ q̃ aer cuz p os ⁊ nares ad cor ⁊ arterias inſpirãdo peruenit cũ qualitatibus ſuis: ⁊ p omnes arterias immiſcetur ſpiritibꝰ corporis p q̃s omnes actiones vite corporalis pficiũtur. Ideo regalis prudentia q̃ ad pprie ſanitatis cõſeruationem ſtudere debet pter ſalutẽ regni nũq̃ negligat q̃ntũ facultas cõcedit eligere aerem tam in ptibꝰ regni q̃ in manſionibꝰ locoꝝ ad q̃ inhabitãdo declinat.

De electione aeris.

Nam cũ in pte regni elegerit diutiꝰ habitare iuxta differentias ptium anni in q̃ ſalubrior ⁊ purior viget aer dupliciter puidet vtilitati cõmuni. Primo q̃dem in cõſeruacõne proprie ſalutis a qua deriuatur ſalus totius

t i

VIRGILIVS MARO PARENTIBVS MODICIS FVIT:
et prçcipue patre Marone: quē quidam opificem figulum: plures ma
gi cuiuſdam uiatoris initio mercenarium: mox ob induſtriam ge
nerum tradiderunt: quē quum agricolationi reiqꝫ ruſticę et gregi
bus prçfeciſſet ſocer ſiluis coemundis et apibus curandis reculam au
xit. Natus eſt. CN. Pōpeio magno: et. M. Licinio Craſſo primum
conſ. Iduum octubrium die in pago: qui andes dicitur: qui eſt a Mā
tua non procul. prçgnans eo mater Maia ſomniauit enixā ſe lau
reum ramum: quē contacta terra cōſeſtim cerneret coaluiſſe: et ex
creuiſſe ilico in ſpeciem maturę arboris refertę uariis pomis et flori
bus: ac Sequenti luce cum marito rus propinquum petens ex itine
re diuertit: atque in ſubiecta foſſa partu leuata eſt. Ferunt infantem ut fuit editus: nec euagiſſe:
et adeo miti uultu fuiſſe: ut haud dubiam ſpem proſperioris geniturę iam tum indicaret. Et ac
ceſſit aliud prçſagium. Si quidem uirga populea more regionis in puerperiis eodem ſtatim lo
co depacta ita breui coaluit: ut multo ante ſatas populos adçquarit: quę arbor Virgilii ex eo di
cta atqꝫ conſecrata eſt ſumma grauidarum et fçtarum religione ſuſcipientium ibi et ſoluentium
uota. Initia çtatis ideſt uſqꝫ ad ſeptimum annum Cremonę egit: et .xvii. anno uirilem to
gam cepit illis conſulibus iterum quibus natus erat. Euenitque ut eo ipſo die lucretius poe
ta decederet. Sed Virgilius a Cremona Mediolanum: et ide paulopoſt Neapoli tranſiit. Vbi cum
litteris et grçcis et latinis uehementiſſimā operam dediſſet: tandem omni cura omnique ſtudio
indulſit medicinę et mathematicis: Quibus rebus cum ante alios eruditior peritiorque eſſet:
ſe in urbem contulit: ſtatimqꝫ magiſtri ſtabuli equorum Auguſti amiciam nactus multos ua
rioſqꝫ morbos incidentes equis curauit. At ille in mercedem ſingulisdiebus panes Virgili
o ut uni ex ſtabulariis dari iuſſit. Interea a Crotóiatis pullus equi mirę pulchritudinis Cç
ſari dono fuit miſſus: qui omnium iudicio ſpem portendebat uirtutis et celeritatis immenſę.
Hunc cum aſpexiſſet Maro magiſtro ſtabuli dixit natum eſſe ex morboſa equa: et nec uiribus
ualiturum nec celeritate: idqꝫ uerum fuiſſe inuentum eſt: Quod cum magiſter ſtabuli Au
guſto recitaſſet: duplicari ipſi in mercedem panes iuſſit. Cum item ex Hiſpania Auguſto
canes dono mitterentur et parentes eorum: dixit Virgilius et animum celeritatemque futu
ram: Quo cognito mandat iterum augmentari Virgilio panes. Dubitauit Auguſtus O
ctauii ne filius eſſet a⁂ alterius; idqꝫ maronem aperire poſſe arbitratus eſt: quia canum et
equi naturam parenteſqꝫ cognorat. Amotis igitur omnibus arbitris illum in penitiorem par
tem domus uocat: et ſolum rogat an ſciat quiſnam eſſet: et quam ad felicitandos homi
nes facultatem haberet. Noui inquit Maro te Cçſarem Auguſtum et ferme çquam cum diis
immortalibus poteſtatem habere: ut quem uis fçlicem facias. Eo animo ſum reſpondit Cç
ſar ut ſi uerum pro rogatu dixeris: beatum te fçlicemqꝫ reddam. Vtinam ait Maro interrogan
ti tibi uera dicere queam. Tunc Auguſtus putant alii Me natum Octauio: quidam ſuſpican
tur alio me genitum uiro. Maro ſubridens facile inquit ſi impune licenterqꝫ quę ſentio loqui iu
bes: id dicam. Affirmat Cçſar iureiurādo nullum eius dictum çgre laturum: immo non ni
ſi donatum ab eo diſceſſurum. Ad hçc oculos oculis Aguſti infigens Maro: facilius ait in cę
teris animalibus qualitates parentum mathematicis et philoſophia cognoſci poſſunt: in ho
mine nequaquā poſſibile eſt: Sed de te coniecturam habeo ſimilem ueri: ut quid exercuerit pa
ter tuus ſcire poſſim. Attente expectabat Auguſtus quidnam diceret. At ille quantum ego
rem intelligere poſſum piſtoris filius es inquit. Obſtupuerat Cçſar et ſtatim quo id pacto fi
eri potuerit: aio uoluebat. Interrumpens Virgilius: audi inquit quo pacto id coniitio: Cum quę
dā enunciari: prçdixerim qꝫ quę intelligi ſciriqꝫ non niſi ab eruditiſſimis ſummiſque uiris potuiſ
ſent: Tu princeps orbis item et itē panes in mercedem dari iuſſiſti: quod quidem aut piſtoris
aut nati piſtore officium erat. At deinceps inquit Cçſar non a piſtore ſed a rege magnani
mo dona feres. Placuit Cçſari facecia: illumqꝫ plurimi fecit: et Pollioni commendauit. Cor
pore et ſtatura fuit grandi: aquilino colore: facie ruſticana: ualitudine uaria. Nā plerunqꝫ
ab ſtomaco et faucibus ac dolore capitis laborabat. Sanguinē et ſçpius eiecit: cibi uinique
minimi. Fama eſt eum libidinis pronioris in pueros fuiſſe. Sed boni ita eum pueros amaſ



47528



# SERVII MAVRI HONORATI GRAMMATICI IN BVCOLICA MARONIS COM MENTARIORVM LIBER.

BVCOLICA VT FERVNT INDE DICTA SVNT A CVSTODIA
boum.i.ἀπὸ τῶν βουκόλων. Pręcipua eni ſunt aialia apud ruſticos boues:
Huius auté carmis origo uaria é. Nam alii dicunt eo tépore quo xerxes Perſa
rum rex inuaſit gręciā cum omés intra muros laterent:nec poſſent more ſolito Dia
nę ſacra pſolui: pueniſſe ad mótes Laconas ruſticos: et in eius honoré hymnos di
xiſſe. Vnde natum carmen bucolicum ętas poſterior elimauit. Alii dicunt Oreſté
cnm Dianę Faſcelidis ſimulacrum raptum ex Scythia aduеheret: ad Siciliam eſſe
tépeſtate delatum:cópleto anno Dianę feſtum celebraſſe hymnis collectis nautis ſu
is:et aliquibus paſtoribus côuocatis:et exinde pmāſiſſe apud ruſticos côſuetudiné:
Alii nō Dianę ſed Apollini Nomio côſecratum carmé hoc uolunt:quo tépore admeti regis pauit arméta:
Alii ruſticis numinibus a paſtoribus dicatum hoc aſſerunt carmen:ut Pani:Faunis:ac Satyris. Et hic eſt
huius carminis titulus. Qualitas auté hęc é:ſcilicet humilis character. tres enim ſunt characteres:humilis:
medius:grādiloquus: Quos omnes in hoc inuenimus poeta. Nam i ęneide grandiloquum habet:in geor
gicis medium:in bucolicis humilem pro qualitate negociorum et perſonarum. Nam perſonę hic ruſticę
ſunt ſimplicitate gaudentes : ſcilicet a quibus nihil altum debet requiri. Adhibentur autem hęc ad car
men bucolicum. Debet quarto pede terminare partem orationis: qui pes ſi ſit dactylus: meliorem efficit
uerſum: ut Nos patrię fines et dulcia. Primus etiam pes ſecundum Donatum dactylus eſſe debet:et ter
minare parté orationis:ut Tityre. Quā legé Theocritus uehemēter obſeruat: Virgilius non adeo. Ille.n.
in paucis uerſibus ab iſta ratione deuiauit: hic eam in paucis ſecutus eſt. Terentianus cum de hoc me
tro doceret: Plurimus hoc pollet ſiculę telluris alumnus: Noſter rarus eo paſtor Maro. Intentio poetę
hęc eſt: ut imitetur Theocritum ſyracuſanum meliorem Moſcho: et cęteris qui bucolica ſcripſerunt.
Vnde eſt prima ſyracuſio dignata eſt ludere uerſu noſtra:neque. Et aliquibus locis per allegoriam agit
gratias Auguſto: uel aliis nobilibus:quorum fauore amiſſum agrum recepit: In qua re tātum diſſentit
a Theocrito: Ille enim ubique ſimplex eſt:hic neceſſitate compulſus aliquibus locis miſcet figuras:
quas perite plerunque etiam ex Theocriti uerſibus facit:quos ab illo dictos conſtat ſimpliciter:hoc auté
fit poetica urbanitate:Sic Iuuenalis: Actoris aurunci ſpolium: Nam Virgilii uerſum de haſta dictum
figurate ad ſpeculum tranſtulit. Et cauſa ſcribendorum bucolicorum hęc eſt. cum poſt occiſum .iii.
idus martias in ſenatu Cęſarem Auguſtus eius filius contra percuſores patris et Antonium ciuilia
bella mouiſſet: uictoria potitus Cremonenſium agros qui contra eum ſenſerant militibus ſuis de
dit: qui cum non ſufficerent: etiam Mantuanorum iuſſit diſtribui non propter culpam: ſed prop
ter uicinitatem: uude eſt: Mantua ue miſerę nimium uicina Cremonę: Perdito ergo agro Virgili
us Romam uenit: et potentium fauore meruit ut agrum ſuum ſolus reciperet. Ad quem accipi
endum profectus: ab Ario centurione: qui eum tenebat pene eſt interemptus: niſi ſe precipitaſſet
in Mincium: unde eſt ἀλληγορικῶσ Ipſe aries etiā nunc uellera ſiccat. Poſtea ab Auguſto miſſis
triumuiris: et ipſi integer ager redditus eſt: et Mantuanis pro parte: Hinc eſt quod in prima ęgloga
legimus recepiſſe agrum: poſtea eum querelantem inuenimus: ut audieras et fama fuit: ſed carmi
na tantum Noſtra ualent lycida tela inter martia:quantum Chaonias dicunt aquila ueniente co
lumbas. nec Numerus hic dubius eſt: nec ordo librorum: Quippe cum unus ſit liber. De ęglogis
tantum multi dubitant. Quę licet decem ſint: incertum tamen eſt quo ordine ſcriptę ſint. Pleriqꝫ
duas certas uolunt ipſius teſtimonio ultimam: ut Extremum hunc: et primam: ut in georgicis Ti
tyre te patulę cecini ſub tegmine fagi. Alii primam illam uolunt: Prima ſyracuſio dignata eſt lu
dere uerſu: Sed eſt Sciendum .vii. ęglogas eſſe meras ruſticas: quas Theocritus .x. habet: Hic in tri
bus a bucolico carmine: ſed cum excuſatione diſceſſit: ut in genethliaco Salonini: et in Sileni theo
logia: uel ut ex inſertis altioribus rebus poſſet placere: uel quia tot uarietates implere non poterat:
Poetę uitam in ęneide diximus. Operis explanatio in ſequentibus comprobabitur: Sane ſciendum
Virgilium .xxviiii. annorum ſcripſiſſe bucolica; Vnde etiam ipſe in fine georgicorum: Audaxque
iuuenta Tityre te patulę cecini ſub tegmine fagi. et dicit Donatus quod etiam in poetę memoraui
mus uita in ſcribendis carminibus naturalem ordinem ſecutum eſſe Virgilium. Primo enim paſto
ralis fuit in montibus uita: Poſt agriculturę amor; Inde bellorum cura ſucceſſit. Notandum quo
que bucolica uel georgica cum apud gręcos in fine habeant accentum: apud nos in tertia a fine
habere. Nam ut in ultima ſit latinitas uetat: ut in penultima non ſit breuitatis efficit ratio: Etiam
hoc ſciendum et perſonas huius operis ex maiori parte nomina de rebus ruſticis habere conficta: ut
Melibęus ὅτι μέλει αὐ τῶτῶι βοῶν:ideſt qui curam gerit boum: et Tityrus dicitur aries maior:
Nam laconum lingua Tityrus dicitur aries maior:qui gregem anteire côſueuerit: ſic etiam i comędi
is iueimus; Nam pamphilus eſt totus amans:Glycerium quaſi dulcis mulier: philomena amabilis.
Perſonę ſicut ſupradixi ruſticę ſunt et ſimplicitate gaudentes: Vnde i his nihil urbanum:nihil declama
torium iuenitur:ſed ex re ruſtica ſunt oia negocia:côparatões et ſi qua ſunt alia. Hic é ꝙ ānos a fructibus
côputat ut poſt aliquot mea regna uidés mrabor ariſtas. hic ét illę côparatões ſunt: Nā neqꝫ me tātum uéié
tis ſibilus auſtri: nec percuſſa iuuāt fluctu tā littora: nec quę Saxoſas iter decurrunt flumina ualles.

Tityre tu patulę recubans ſub tegmine fagi. Inducitur paſtor quidam iacens ſub arbore ſecurus et ocioſus dare operam cantilenę. Alter uero qui cum gregibus ex ſuis pellitur finibus: qui cum Tityrum reſpexiſſet: ita locutus eſt. et hoc loco Tityrum ſub perſona Virgilii debemus accipere: non tamen ubiq;: ſed tantum ubi exigit ratio· Quod autem ſub fago dicit iacere: allegoria eſt honeſtiſſima: quaſi ſub arbore glãdifera: quę fuit uictus cauſa. Antea enim homines glandibus ueſcebantur: unde etiam fagus dicta eſt ἀπό τοῦ φάγειν: quod eſt comedere. et hoc uidetur dicere iaces ſub umbra fagi in agris tuis tuas

# P. VIRGILII MARONIS BVCOLICA. AEGLOGA PRIMA: INTERLOCVTORES MELIBOEVS ET TITYRVS AMICI. ME.

TITYRE TV PATVLAE RECVBANS SVB TEGMINE FAGI
Silueſtrem tenui muſam
meditaris auena.
Nos priæ fies: et dulcia l͠iquimus arua.
N os p͞riam fugimus: tu tityre lẽtus ĩ umbra
F ormoſam reſonare doces amaryllida ſiluas. TI
O Melibœe deus nobis hæc ocia fecit:
N anque erit ille mihi ſemper deus: illius aram
S æpe tener noſtris ab ouilibus imbuet agnus,
I lle meas errare boues (ut cernis) et ipſum
L udere quæ uellẽ calamo permiſit agreſti. ME
N on equidẽ ĩuideo: miror magis: undique totis
V ſqueadeo turbatur agris: en ipſe capellas
P rotinus æger ago: hanc etiam uix tityre duco:
H ic inter denſas corylos modo nãque gemellos
S pem gregis ah ſilice in nuda cõnixa reliquit.
S æpe malum hoc nobis ſi mens non leua fuiſſet

retentans poſſeſſióes: quibus aleris: ſicut etiam glãdibus alebãtur ante mortales. Tu patulę: patulum dicimus quod ꝑ ſe patet naturaliter: ut nares: arbor: patens ẽ quod et aperitur et clauditur: ut hoſtium: et oculi. Silueſtrẽ muſam. i. ruſticum carmen. Tenui auena: culmo ſtipula: unde ruſtici plerunq; cantare conſueuerunt: ut alibi: Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen. Dicendo autẽ tenui auena: humilis ſtili genus latẽter oſtendit: quo (ut ſupra dictum eſt) ĩ bucolica utitur. Meditaris: qđ gręci μελετῶ dicunt: per antiſtichõ meditor dixerunt latini. L. eñ et. D. interdum ſibi inuicem cedunt: unde et ſella pro ſeda dicitur a ſedendo. Nos patriam fugimus: plus ẽ quã ſi diceret relinquimus: Sic Horatius: Teucer ſalamia patrẽq; cum fugeret: Lentus: ocioſus: ut Qui nunc lenti conſedimus aruis. Reſonare doces amaryllida ſiluas. i. carmen tuum de amica Amaryllide compoſitum doces ſiluas reſonare: et melius eſt ut ſimpliciter intelligamus. Male. n. quidam allegoriã uolunt: Tu carmen de urbe Roma componis celebrãdum om̃ibus gẽtibus. Plus. n. ſtupet Melibęus ſi ille ita ſecurus ẽ ut tãtum de ſuis amoribus cantet.

Nãq; erit ille mihi deus: Iteratio ipſa excluſit adulatiõis colorẽ. Semper ideſt et poſt mortẽ et dum uiuit Alii enim imperatores poſt mortẽ ĩ numerum referuntur deorum. Auguſtus autẽ templa uiuus emeruit. Horatius: Pręſenti tibi maturos largimur honores: Iurãdasq; tuum per nomẽ põimus aras. Sic Lucanus de Nerone: Sed mihi iã numẽ es: Sępe tener noſtris ab ouilibus ĩbuet agnus: Imbuere ẽ proprie ĩchoare et initiare. Nemo autẽ unã eãdẽq; rẽ ſępe ichoat. Sed cõſtat ſępe paſcua mutare paſtores: ſicut ẽt ĩ georgicis legimus: Itq; pecus lõga ĩ deſerta ſine ullis Hoſpitiis tãtum cãpi iacet. Vnde neceſſe ẽ paſtores totiẽs aras ĩbuere: quotiẽs mutauerit paſcua. Inuẽimus ẽt apđ ãtiquiores ĩbuere ẽe nõ ĩchoare: ſed ꝑfundere et madefacere: ſecundum qđ abſolutus ẽ ſenſus: ut ſit ſępe ꝑfundet. Errare: paſci: ut Mille meę ſiculis errãt ĩ mõtibus agnę. Ludere: ſcribere: ut Carmia qui luſi paſtorum. Horatius: Poſcimur ſi quid uacui ſub umbra Luſimus tecum: Calamo agreſti: ruſtico ſtilo: ſicut ſupra Tenui auena: Nõ equidẽ ĩuideo: Excuſat ſe ne frequẽs ĩterogatio fęlicitatis alienę ex ĩuidia uenire uideatur. dicit ſe admirari potius quã ĩuidere: Vſq; adeo: ĩtãtum: Turbatur agris turbamur ſine ulla diſcretiõe culpę uel meriti. et ĩuidioſe tẽpora Auguſti carpit latẽter. Sane uera locutõ ẽ turbatur: ut ſit ĩpſonale: qđ ad oẽs ꝑtiet generaliter. Nã Mãtuanorum fuerat cõis expulſio. Si. n. turbamur legeris: uidetur ad paucos referri: Protius porro tenus. i. lõge a finibus: unde ẽ paulo poſt: At nos hic alii ſitiẽtes ibimus afros: Aeger et corpore et aĩo ęger dicitur: ut Eſto ęgrã nulli quõdã flexere mariti: Ago ãt proprie: Nã agi dicuntur pecora. Spẽ gregis. i. marẽ et fęiã. Reparatio. n. gregis ĩ ſexu utroq; cõſiſtit. Ab ſilice ĩ nuda: ad hoc ꝑtiet pręiſſa dolẽtis ĩteriectõ. Nã ſolẽt herbas ſubſternere ut ipe ĩ geor: dicit: et multa durã ſtipula filicumq; mãiplis Sternere. Cõnixa pro eo qđ ẽ enixa: Nã hiatus cã mutauit ꝓpoitõnẽ: ſic Secludite curas pro excludite: Si mẽs nõ leua fuiſſet: ſtulta cõtraria et ſẽſus hic ẽ: ꝑdituros nos quãdoq; agros res mãifeſta ꝓdicebat: ſed nos mẽtis ĩprudẽtia intelligere nequiuimus

ARMA: VIRVMQVE
CANO : TROIAE
QVI PRIMVS
AB ORIS
Italiam fato profugus lauinaque uenit
Littora:multū ille et terris iactatus et alto

Arma : Multi uarie dixerunt cur ab armis Virgilius coeperit : omnes tamen in hanc ſententiam aſ
ſentire manifeſtum eſt : quum eum conſtet aliunde ſumpſiſſe principium : ſicut in pręmiſſa eius
uita monſtratum eſt . Per armā autem bellum ſignificat : et eſt tropus metonymia. Nam arma qui
bus in bello utimur pro bello poſuit : ſicut toga qua in pace utimur : pro pace ponitur : Vt Cicero:
Cedant arma togę : ideſt bellum paci . Arma uirumque:figura uſitata eſt : ut non eo ordine reſpō
deamus : quo propoſuimus : nam prius de erroribus Aeneę dixit : poſt de bello, hac autem figura etiam
in proſa utimur . Sic Cicero in uer
rinis : Nam ſine ullo ſumptu no
ſtro coriis tunicis frumentoque ſup
peditato maximos exercitus noſtros
ueſtiuit:aluit:armauit . Virum
quem non dicit : ſed ex circunſtan
tiis oſtēdit Aeneam . Cano : po
lyſemus ſermo eſt Tria enim ſigni
ficat : aliquando laudo : ut Regem
que canebant . Aliquando diuino :
ut Ipſa canas oro . Aliquando can
to : ut hoc loco . Nam proprie can
to ſignificat : quia cantanda ſunt
carmina . Troię : Troia regio ē
aſię : Ilium ciuitas eſt Troię . Plerū
que tamen uſurpant poetę . et pro ci
uitate uel regionē uel prouinciam po
nunt . Iuuenalis : Et flammis aſiā
ferroque cadentem . Qui prius:
Quęrunt multi cur Aeneam primum ad italiam ueniſſe dixerit : cum paulo poſt dicat Antenorem an
te aduentum Aeneę fundaſſe ciuitatem . Conſtat quidem : ſed habita temporum ratione perite Virgi
lius dicit . Namque illo tempore quo Aeneas ad Italiam uenit finis erat italię uſque ad Rubiconem
fluuim : Cuius rei meminit Lucanus : ut Et gallica certus Limes ab auſoniis diſterminat arua colonis
Vnde apparet Antenorem non ad Italiam ueniſſe : ſed ad Galliam ciſalpinam : in qua Venetia eſt.
Poſtea uero promotis uſque ad alpes Italię finibus nouitas creauit errorem . Plerique tamen quęſtionē
hanc uolunt ex ſequentibus ſolui : ut uideatur ob hoc addidiſſe Virgilius ad lauina littora : ut non
ſignificaret Antenorem . Melior tamen eſt ſuperior expoſitio . Italiam : Arſ quidem hoc exigit :
ut nominibus prouinciarum prępoſitionem addamus : ciuitatum nunquam : Tamen plerunque peruer
ſo ordine lectum eſt . Nam ecce hoc loco detraxit prouincię prępoſitionem dicens : Italiam fato uenit:
pro ad italiam uenit . Tulius in uerrinis : Ea die Veres ad meſſanam uenit. Sane ſciendum eſt uſur
pari ab auctoribus : ut uel addant : uel detrahant prępoſitiones . Nanque ait Virgilius : Siluis te tyr
rhene feras : pro in ſiluis . Vt ergo illic detraxit loco prępoſitionem : ſic hic prouincię : et eſt figura.
Italia autem pars Europę eſt . Italus enim rex ſiculorum profectus de Sicilia uenit ad loca quę ſū
iuxta tyberim : et ex nomine ſuo appellauit Italiam . Ibi autem habitaſſe ſiculos : ubi Lauro lauini
um eſt: manifeſtum eſt : Sicut ipſe alio loco dicit : Siculi ueteresque ſicani . Item Et gentes uenere ſica
nę. Fato profugus : Fatum ad utrunque pertinet : et ꝙ fugit : et ꝙ ad Italiam uenit . et bene addi
dit fato : ne uideatur aut cauſa criminis patriam deſeruiſſe : aut noui imperii cupiditate. Profuguſ
autem proprie dicitur qui procul a ſedibus ſuis uagatur : quaſi porro fugatus . Multi tamen ita diffini
unt : ut profugos eſſe dicant eos : qui excluſi neceſſitate de ſuis ſedibus adhuc uagantur et ſimulac in
uene int ſedes non dicantur profugi : ſed exules . Sed utrunque falſum eſt : Nam et profugus lectus eſt :
qui iam ſedes locauit : Vt in Lucano : Profugique a gente ueruſta Gallorum celtę miſcentes nomen
iberis : et exules qui adhuc uagantur : Vt in Saluſtio : qui nullo certo exilio uagabantur : adeo exili
um eſt ipſa uagatio . Lauinaque uenit littora : hęc ciuitas tria habuit nomina . Nam prius Laui
num dicta eſt a Lauino Latini fratre . Poſtea Laurentum a lauro inuenta a Latino : dum adepto im
perio poſt fratris mortem ciuitatem augeret . Poſtea Lauinium a Lauinia uxore Aeneę . Ergo Lauina
legendum eſt : non Lauinia . quia poſt aduentum Aeneę Lauinium nomen accepit . Ergo aut Laui
num debuit dicere : ſicut dixit : aut Laurentum : quamuis quidam ſuperflue eſſe prolepſim uelint: Lit
tora : Laurolauinium conſtat .viii. miliaribus a mari remotum . Nec nos debet fallere quia dixit lauia
littora. Littus enim dicitur terra queq; mari uicina : ſicut ipſe Virgilius in quarto : Cui littus arandū : quū
per naturam littus arari non poſſit. Ergo ſciendum eſt littus uocari et terram. Multum ille: colliſio eſt .
et ille hoc loco abundat. Eſt enim interpoſita particula propter metri neceſſitatem: ut ſtet uerſus nam ſi de
trahas ille ſtat ſenſus. qui primus enim ad omnia poſſumus trahere: ſic alio loco: Nunc dextra ingeminās
ictus : nunc ille ſiniſtra. Eſt autem archaiſmos. Et terris iactatus: fatigatus eſt enim apud thraciā mon
ſtro illo: quod e tumulo Polydori ſanguis emanauit: apud cretam peſtilentia: apud ſtrophadas inſulas har
pyiis . Tempeſtate uero et in primo: et in tertio : et proprie locutus : nam iactamur in mari fluctibus: fatiga
mur in terris . et bene duorum elementorum mala uno ſermone concluſit . Et alto: modo mari. Altum
tamen ſciendum eſt ꝙ et ſuperiorem ; et inferiorem altitudinem ſignificat. Nāq; menſure nomē altitudo .